



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

59. An Regulares, si extra tempus Quadragesimæ, & Adventus velint in
suis Ecclesiis prædicare, teneantur oetere benedictionem ab Episcopo? Si
Regulares nolint coram ipso emittere professionem Fidei, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

gunda, Profecias, que non se fundan en la sacrada Escritura. Tercera, si murmurá en el pulpito de Obispos, ó sus superiores. Por qualquiera destas, estan Ipló facto, entredichos para siempre de predicar. Otras tres hai por el Concilio de Trento *sess. 5. cap. 2.* La primera, si predicaró proposiciones erroneas. Segunda escandalosas. Por qualquiera dellas puede el Obispo, Tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, suspenderles la facultad de predicar, por lo que dispone ay el Concilio.

2. Fuera destas seis causas, no tiene jurisdiccion el Obispo, ni ordinaria, ni delegada, para suspenderles: De fuerte, que declarar las causas legitimas para quitar licentia de predicar à Reglars, no está en arbitrio del Obispo, pues señaladas estan por los Concilios.

3. Prueuae primò. Suspender el predicar à Reglars, lo haze el Obispo en fuerça de jurisdiccion delegada, segun está prouado Col. 2. y le declara el mismo Concilio *sess. 5. c. 2.* La qual por ser correctiua del ius commune, que tienen Reglars de predicar, aun, Independentem ab Episcopis, es odiosa, y penal, *c. 1. de offic. deleg. in 6. Rota dec. 30. p. 1.* Por consiguiente se hà de restringir, que non se extendat ad ea, quæ in Cõmissione non exprimuntur. Gaspard. Theaur. *decif. 3.* Riccius, *dec. 124. n. 5. p. 1.* Luego no se extiende à las demas causas, que en el Concilio no se expresan: y assi fuera de las que se señalan en el dicho Concilio, no puede el Obispo suspender à Reglars el predicar. Por esto remata el Concilio dicho cap. curent autem Episcopi, ne quis Prædicor, vel ex falsis informationibus, vel alijs, calumniosè veretur, iustam ve de eis occasionem conuertiendi habeant: Como si dixera: En las tres dichas ocasiones pueda el Obispo suspender à Predicadores Reglars, en las demas, puedan estos querrellarse justamente, si los vexaren.

4. Por esto la Congregacion del Concilio muchas vezes hà encarecido à Obispos, que miren como suspenden à Predicadores Reglars: Veale arriba *fol. 27. n. 2.* I manda, que si, illicitè suspendunt, les puedan llevar pleito, Et ad ius lis deferatur, *fol. 19. n. 4.*

5. Segundo se prueua: quod non inuenitur in iure expressum intelligitur esse prohibitum. Gloss. *in cap. Pastoralis, vers. Ex presè, de Appell.* Y esto mas, In odiosis, & pœnalibus, y tratandole con exemptos, como es el caso, que tratamos. Luego, si no se expresa en los Concilios, que declara las causas legitimas para suspender à Predicadores Reglars, está en arbitrio del Obispo, no puede, ni tiene jurisdiccion para hazella: antes, Intelligitur esse illi prohibitum, prefertim, por que los mismos Concilios las declaran ellos: Lo qual fuera frustratorio si quisiesen que esto se quedasse à cargo, y arbitrio del Obispo.

6. Tercero. Quando el castigo, y pena, Expressa requiritur in iure, no tiene mas arbitrio el Iuez para inouar otra: *c. de causis. §. Illis autem de offic. del.* Luego no tiene arbitrio el Obispo para declarar las causas legitimas de suspender à Predicadores Reglars, pues, expressæ reperiuntur in iure.

7. Si arguen: Muchas vezes ha declarado la Congregacion, que puede el Ordinario suspender el predicar à Reglars, teniendo justa causa, sin limitarle à alguna particular: Luego lo dexa à arbitrio del mismo Obispo.

8. Respondo. La consequencia tuuiera fuerça, quando en los Concilios no se expresarian las causas que se han de passar por justas: pero, supusto que in iure expressadas se hallan, no hai mas arbitrio para el Obispo, segun el citado cap. de causis. Antes, por la misma razon, que la Congregacion no exprime qual sea la causa justa, y legitima, se reputa por, Casus

omissus, qui relinquitur dispositioni iuris, por la leg. *Commagdistimè, ff. de lib. & post.* y assi se hà de decir, que por causas justas entienda las que disponen los Concilios solamente. Tanto y mas, que, sumus in odiosis, & pœnis, quæ non dilatandæ sunt ad causas non expressas, imò potius restringendæ, por la Gloss. *in c. 1. de pœnis, verbo Casus:* ipor el *c. Vbiunque de pœnis, in 6.* Ita Pater de Bellis, qui alias adducit rationes.

9. Sed hanc opinionem Episcopi in praxi non admittunt: allerunt enim habere se auctoritatem suspendendi Regulares à munere prædicationis, etiam non explicata causa stante Declaratione Sacræ Congregationis, quam asserit Barbosa *in Collect. Declar. verbo Prædicatores, n. 21. & de Potest. Episcop. p. 3. Alleg. 1. 6. n. 28.* Franc. Leon *in Thef. Fori Ecclesiastici p. 1. c. 8. n. 9.* Piascius *in Praxi p. 2. c. 3. n. 41.* & alij. Vide etiam Hier. Rodriq. *in Compendio qq. Regul. Resol. 112.* Sicut etiam in Praxi Episcopi, Regulares prædicare volentes examinant, vt obseruat Bordonus *in Conf. Reg. Te. fol. 7. n. 17.* Ioann. Ant. Nouarius *in Summa Bullarum p. 2. tit. de exemptorum Priuilegijs, n. 47.* Quod tamen me citato idem Ioannes Antonius Nouarius obseruat non procedere de iure, & idem notat Bordonus.

RESOL. LVIII.

An Episcopi possint prohibere, ne Regulares prædicent in Ecclesijs suorum ordinum: Ex part. 3. tractat. 1. Resol. 58.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docent Cenedo *in op. can. quest. 26. n. 13.* & Vega *in sum. to. 2. c. 86. cas. 40.* ex Bulla quadam Pij V. quæ incipit, *Episcopi mendicantium.* Dat. Romæ ann. 1567. & licet Portelinus *dub. Regul. ver. Prædicatores, n. 7.* Piascius *in praxi p. 2. c. 3. art. 6. n. 7.* Francisc. Leon *in Thef. Fori Eccl. p. 1. c. 8. n. 9.* contrarium doceant, asserentes Greg. VIII. renouasse dictam Bullam Pij V. Tamen Laurentius de Peirinis *sup. priuilegijs, Minim. tom. 1. constit. 2. Greg. XIII. §. 2. n. 21.* docet minimè dictam Bullam renouasse Greg. XIII. & idè speculatiuè loquendo, existimo Prædicatores Regulares posse etiam contradicente Episcopo, prædicare in suis Ecclesijs, dummodo non prædicent illa hora, & tempore, quo Episcopus prædicare voluerit. Et ita docet Miranda *in Manuali Prælat. tom. 1. q. 50. art. 3. concl. 1.* Barbosa *de potest. Episc. p. 3. alleg. 76. n. 20.* & Peirinus *ubi supra*, interpretantes Concilium Trident. in duobus locis. Vide etiam Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 35. diff. 5. n. 4.*

2. Sed nota quod dixi, *speculatiuè loquendo*, nam vt in simili casu dicebat Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 9. c. 1. n. 9.* in praxi puto dictum Concionatorem prædicare non expedire, quia scandalum potius, vel detrimentum timeri posset ex tali prædicatione, quam fructus sperari. Sed Episcopi non deberent prædicationem dictam Regularibus prohibere, quia non possunt.

RESOL. LIX.

An Regulares, si extra tempus Quadragesimæ, & Aduentus velint in suis Ecclesijs prædicare, teneantur petere benedictionem ab Episcopo?
Et an Episcopi possint denegare benedictionem prædicandi, si Regulares nolent coram ipso emittere professionem Fidei: Ex p. 7. tr. 1. 2. & Milc. 3. Ref. 2. alias 22.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenet Bordonus *in confil. Regul. Resol. 7. q. 11. num. 15.* ubi dicitur sic.

Sup. hoc infra ex Ref. 60. lege doctrinam eius §. vlt. & Ref. eius nor.

Pro benedictione debet prædicator personali-
ter accedere ad Episcopum, & non per literas, aut
tertiam personam, vt aperte habetur ex citatis verbis
supra alatis. Se præsentare personaliter. Ita dicunt
Zerola in *praxi Episcop. part. 1. versiculo Prædicatio.*
§. 3. Franc. Leo in *Thesau. Fori Eccles. part. 1. c. 8.*
n. 10. & ex ipsi Peyrinus *tom. 3. c. 2. n. 11.*

2. Videtur sequi contradictio inter loca Tridenti-
ni citata; si velimus sustinere, posse regularem petita
benedictione, sed non obrenta & contradicente Epis-
copo, in sua Ecclesia prædicare, nam secundo loco
expressè dicitur, quod nullus potest prædicare etiam
in propria Ecclesia contradicente Episcopo. Sed tollit
se contradictio dicendo, hoc secundo loco Trident.
intelligi quando Episcopus vult per se, vel per alium
coram se prædicari solemniter, quod est conforme
Clem. *Dudum, de sepult. & sic cum Mirand. tom. 1.*
9. 50. artic. 3. aduertit Barbosa *part. 3. de officio Episc.*
cap. alleg. 76. n. 20. & ad capitulum 2. sess. 5. n. 18.

3. Vnus autem obtinuit apud Regulares prædican-
di in propriis Ecclesiis absque alia Episcopi benedi-
ctione; quam solum petunt pro Quadragesima, &
Aduentu, & non pro aliis Festis infra Annum. Huc
vult Bordonus.

4. Sed ego valde dubito, an ad sit talis vñs, nam
in quocumque tempore quando Regulares volunt in
suis Ecclesiis concionari se præsentant coram Epis-
copis, & petunt benedictionem iuxta Concilium
Tridentinum *sess. 24. c. 6.* vbi absolute loquitur, &
non distinguit inter tempora Quadragesimæ, Adven-
tus, & alia tempora. Et hanc sententiam docuit Sacra
Congregatio die 16. Octobris anno 1691. Teste
Gaetano in *Man. Episcop. ver. Concio Sacra n. 16.*
Sic asserens: Tenentur Prædicatores benedictionem
petere quouis tempore, nedum in Quadragesima &
Aduentu; ideo absolute contra Bordonum affirmati-
viam sententiam teneo.

5. Notandum est hic obiter Episcopos, posse de-
negare benedictionem prædicandi, si Regulares nol-
ent coram ipso emittere professionem fidei. Ita Mar-
cellus Vulpe in *praxi Episcop. cap. 42. num. 4.* Fran-
cisc. Leo in *Thef. Fori Eccles. part. 1. cap. 6. num. 8.*
Campanili in *Diuer. Iur. Can. Rubr. 12. cap. 13. num.*
8. Gaetano in *Man. Episcop. ver. Concio Sacra, num.*
20. Ioan. Anton. Nouarius in *Sunma Bul. part. 2.*
tit. de exemptorum privilegiis, numero 29.

RESOL. LX.

An Regulares possint prædicare in suis Ecclesiis absque
petitione benedictionis Episcopi?

Et an possint in Ecclesiis extra suos Conuentus prædica-
re absque licentia Episcopi?

Et an Regularis Episcopo præsentatus & ab eodem ap-
probatus, vel etiam indebitè recusatus, possit ubique
in Ecclesiis prædicare, etiam contradicente Epis-
copo?

Et an hos Regulares, & alios quoscumque ab Antecessore suo approbatos à prædicatione possit Episcopus
suspendere? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Resol. 1.

§. 1. Pater Bruno Chassaign ex ordine Mino-
rum edidit eruditum opus de Privilegiis
Regularium, & licet ego sæpius eius sententiis
non adhaerem, tamen hoc non obstante existimo
illum esse virum doctissimum, & cui non solum
multum debent Regulares, sed etiam Theolo-
giae moralis Professores. Verum in his materiis
caute procedendum puto, nec omnia calamo com-
Tom. VII.

mittenda, idè partes Episcoporum semper sumam,
puto enim cum Eminentissimo Cardinali Lugo de
*Sacrament. Penitent. dissertat. 21. section. tertiu. nu-
mero. 55.* Dominos Antifites dexteritate, prudentia,
& ac humilitate lucrandos esse, vt postea no-
stra priuilegia tueantur, vel saltem secundum opi-
nionem probabilem, relinquunt illis nos vñ,
propter labores, quos in eorum Diocesisibus susti-
nemus, diu nocturne docendo, prædicando, con-
fitendo, missiones faciendo, &c. Itaque ad casum
propositum affirmatiuè respondet Brunus *ubi supra*
tractat. 6. capite tertio, propos. 1. in qua asserit quod
Regularis potest absque præsentatione coram Epis-
copo, & petitione benedictionis ab eodem in Ec-
clesiis propriis, ac plateis communibus prædicare.
Si enim à Pontifice Romano pendet omnis prædi-
candi facultas, & ab eodem absoluta facultas præ-
dicandi concessa est Regulari dependenter à iudi-
cio, & examine propriorum Prælatorum, & non
Episcopi; ad quid præsentatio coram Episcopo, &
petitio benedictionis, vt in propriis Ecclesiis, & pla-
teis prædicet? Certè nulla apparet iusta causa il-
lam petendi. Quod patet ex priuilegio Benedicti XI.
Nec obstat, ait Tridentinum *sessio 5. de reform.*
cap. 11. s. b. Paulo III. celebratum, in quo decer-
nitur, vt Regularis qui prædicaturus est in suis pro-
priis Ecclesiis, petat prius ab Episcopo benedi-
ctionem, his verbis, Regulares verò cuiuscunque
Ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus,
& scientia examinati, & approbati fuerint, ac de
eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum Ordini-
um prædicare non possint: cum qua licentia, per-
sonaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis
benedictionem petere teneantur, antequam prædi-
care incipiant. Quod decretum idem Trident. *sess.*
24. capite quarto, sub Pio IV. celebrata confirma-
tum est, imò in fauorem Episcopalis potestatis au-
ctum, dum his terminis pronunciat: Nullus autem
secularis, siue Regularis, etiam in Ecclesiis
suorum Ordinum contradicente Episcopo prædica-
re præsumat: in reliquis, ea quæ de prædicatione
nuncere sub eodem Paulo III. decreta fuerunt,
suum robur obtineant. Ergo Regularis tenetur se
Episcopo præsentare, & ab illo benedictionem pe-
tere, antequam in suo Episcopatu prædicet. Res-
pondetur, hanc objectionem nullam habere vim
in locis, in quibus Tridentinum non est receptum:
vbi autem viget, respondetur: Primò, hæc duo de-
creta non habere clausulam reuocatoriam necessa-
riam ad priuilegia regularia tollenda, non enim ius
commune reuocant, quod esset necessarium, vt
alibi pluries diximus, & ad id attendisse videtur
Pius V. qui in Bulla inchoata, *est Mendicantium,*
interpretando præfatum decretum *sess. 24.* & ex
consequenti illud *sess. 5.* in eodem inclusum, declar-
rat, Regulares Mendicantes sub illo minime com-
prehendi, his verbis, *Declaramus,* Canonem *sess.*
24. capite 4. per quem omnibus regularibus, etiam
in suorum Ordinum Ecclesiis, contradicente Epis-
copo prædicationis officium interdicitur: Mendican-
tium Ordinum Fratres huiusmodi, &c. non com-
prehendere, nec eos afficere: imò volumus, quod
in suis Ecclesiis, quando eis placuerit, licè, & abs-
que villo impedimento, vel contradictione etiam
Episcopi, nisi ipse prædicauerit, prædicare possint.
Idemmet Pius Bulla inchoata; *Ad hoc nos Deus*
prætulit, hanc facultatem illi concessit, dum vult;
vt in propriis Ecclesiis prædicet, absque eo quod se
præsentauerit Episcopo, & absque petita benedi-
ctione, eoque contradicente, etiam dum in Ca-
thedrali prædicatur; dummodò non prædicet eo
tempore

Sup. hoc su-
pra leg. Ref.
§. 8. & hic in-
tit. §. vlt. huius
Ref. &
aliam eius,
not.

